



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Admirandvm vindictae divinae theatrvm

Tympe, Matthäus

Monasterii Westphaliae, 1611

Seditio

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51314)

1.
2.
Iactabat se
Prophetā.
Ioseph. li.
20. antiq.
cap. 2.

Sur. in cō.
mētā. 1514
horrēdum
supplici-
um refert
seditiofo-
rum. &
an. 1581.

GAmaliel act. 5 in conuentu Iudeorum in quo caussam dicere iubebantur A postoli, dicebat: ante hos dies exstitit Theodas dicens se esse aliquem, cui cōsensit numerus vrorum circiter quadrigentorum qui occisus est, & omnes qui credebant ei dissipati sunt & redacti ad nihilum. Post hunc exstitit Iudas Galilæus in diebus professionis & auerit populum post se, & ipse perijt, & omnes quot quot consenserunt ei, & dispersi sunt. De hoc Iuda testatur Ioseph. lib. 18. antiq. cap. 1. & 2. Quod cum populus censu Quirini describeretur, indignum ratus & contra leges patrum Iudæos alienigenis tributum pendere, populum ad defectionem sollicitavit, centum nihil aliud esse quam manifestam seruitutis professionem dicitans, & vniuersam gentem ad tuendam libertatem adhortans, fore enim ut bene gesta fortunis suis fruantur feliciter confirmati in earum possessione laudem que sibi parent fortitudinis, nec sperandum auxilium cælestis numinis nisi quoque ipsi in rebus cōsulant. accipiuntur hæc pronis vulgibus auribus ita vt accēderentur ad audiendum quid. Atque ita dici vix potest quantum biviri totam gentem conturbauerint, dum omnia miscēt cædibus & latrocinij, promiscue nullo vel amicorum vel inimicorum respiciendo.

etu, prædationibus, & insignium virorum ce-
 dibus, prætextu quidem propugnandæ liber-
 tatis publicæ, reuera priuatorum lucrorum
 studio, itaq; conficientibus se mutuo ciuibus
 & furiosissima contentione certantibus, ne
 externus quidem hostis cessabat interim, ac
 ne extrema quidem famēs forte superueniens
 eos potuit compescere, &c. De Theodæ sedi-
 tione & interitu hæc refert Iosephus lib. an-
 tiq. 20. cap. 2. Fado procuratore apud Iudæam
 præstigiator quidam nomine Theodas per-
 suasit magnæ vulgi multitudini vt assumptis
 suis facultatibus sequerentur se ad Iordanem
 fluium, Prophetâ enim se iactabat, promit-
 tens se verbo scissurum fluium & facilem
 præbiturum transitum, taliq; promissione
 permultos seduxit, at Fadus effecit, vt nihil lu-
 cri facerent ex sua insipientia, immis-
 sis in eos turmis equitum, qui ex improviso irruentes
 ex his multos interemerunt, multos viuos ce-
 perunt, & in his ipsum Theodam, cuius caput
 abscissum reportarunt Hierosolymam.

Cum Archelaus rex Iudæorum Romam
 ad Augustum Cæsarem profectus esset, tumul-
 tuabantur Iudæi, ideoq; Varus Syriæ præses
 supplicio affecit defectionis auctores. Cum
 vero Varus Hierosolyma reuersus esset An-
 tiochiam vbi præsides agere consueuerant, &
 Iudæi insurgerent cõtra legionem quam Va-
 rus Hierosolymis reliquerat vt ipsis nouan-
 darum rerum præriperet facultatem, perue-

Hh 3 stigatis

stigatis seditionis autoribus egit in crucem ea de caussa circiter duo millia Iudæorum, in super decem millia eorum qui in vnum confluxerunt (ob festum Pentecostes) inuadens in aliquos necessarios Herodis regis animaduertit Ioseph lib. 17 antiq. cap. 11. 12 qui etiam cap. 8. agit de alio seditionis auctore, Matthæi doctore Iudæorum, viuo iussu Herodis Asealonitæ exusto.

4.

Anno Christi 44. Cum princeps Apostolorum Petrus in principem urbem orbis Romam veniret, & Camillus Scribonianus Præfectus Dalmatiæ aduersus imperatorem Claudium rebellaret, militesque ad defectum sollicitaret, ipsa signa militaria (relate Dione lib. 60.) aquilæ dicta, sic solo affixi manserunt, vt nulla vi militum dimoueri loco possent. Quo prodigio immutatus militum animus in auctorem seditionis arma conuertit. sicque ingens bellum civile excitatum ex insperato diuinitus fuit sedatum & compressum, haud dubie ob aduentum Apostoli Petri & tenera Christianorum gemina, vix dum adhuc pauca ad sanctæ fidei professionem erumpentia.

Oros. lib.
7. c. 6.

POENA